

Psalmus

zizaniorū hoc dixit domin⁹: Ulenit inimic⁹
et supsemiauit zizania. Cum aut̄ crevisset
herba et fructum fecisset: tunc apparuerūt zi-
zania. Ergo venit inimicus et supsemiauit
zizania. Sed quid fecit trito: Non oppri-
mitur zizanijs frumentū: imo p̄ tolerantia
zizaniorū crescit fructus frumentorū. Ip̄e
enī domin⁹ dixit quibusdam operarijs vo-
lētib⁹ eradicare zizania: Sinite vtrac⁹ cre-
scere usq; ad messem: ne forte cū vultis era-
dicare zizania: eradicetis simul et frumen-
tū: sed in tpe messis dicam messorib⁹: Col-
ligite p̄mū zizania et alligate fasciculos ad
cōburendū: frumentū aut̄ recōdite in hor-
retū. Ille est finis anni: messis seculi. Be-
nedices coronā anni benignitatis tue. Lo-
ronā vbi audis: gloria victorie significat.
Vince diabolū: et habebis coronā. Bene-
dices coronā anni benignitatis tue. Rur-
sus cōmendat benignitatē dei: ne quisq; d-
suis meritis gloriet: Et campi tui reple-
bunt vbertate. Pinguescent fi-
nes deserti: et colles exultatiōe accī-
gent. Campi: colles: fines deserti: idem.
Ip̄i sunt homies. Campi: ppter equalita-
tem. Ergo ppter equalitatē: inde dicti sunt
cāpi populi iusti. Colles: ppter erectionē:
quia erigit in se deus eos q̄ se h̄uliant. Fi-
nes deserti: omnes gentes. Quare fines de-
serti: Deserti erāt: null⁹ ad eos ppheta mis-
sus erat: Sic erāt illi quō bcremus: qua nō
transit homo. Nullū verbū dei missū erat
ad gentes. Soli populo israel p̄dicauerūt
pphete. Ulenit est ad dñm: crediderūt fru-
menta in ip̄o populo iudeor̄. Hā dixit tunc
discipulis: Dicitis q̄r longe est messis respi-
cite et videte: q̄r albe sunt regiones ad mes-
sem. Fuit ergo messis p̄ma: erit secūda i vlti-
mo seculo. Messis p̄ma de iudeis: q̄r mit-
tebantur ad illos pphete annūciantes ven-
turum saluatorē. Ideo dixit discipulis suis
domin⁹: Videte quia albe sunt regiōes ad
messem: regiones vtiq; iudee. Alij inq; la-
borauerunt: et vos in eorū labores intrast.
Laborauerūt pphete vt seminarent: et vos
cum falce intrastis ad aliorū labores. Fa-
cta est ergo prima messis: et inde de ip̄o fru-
mento qđ tunc purgatu⁹ est: seminatus est
orbis terrar̄: vt surgat alia messis que in si-
ne metenda est. In secūda messe supsemi-
nata sunt zizania: modo hic laborat. Quo
modo in illa prima laborauerūt pphete: quo
usq; veniret domin⁹: Sic in ista secūda la-
borauerunt apostoli: et omnes p̄dicatores.

*Alia lsa.
t speciosi.*

LXV.

veritatis laborant: quo usq; in finem domi-
nus mittat in messem angelos suos. Antea
ergo desertum erat: sed pinguescent fines
deserti. Ecce vbi pphete nō sonuerūt: do-
minus pphetaꝝ acceptus est. Pinguescent
fines deserti: et exultatiōe colles accingent.

Induti sunt arietes ouī: Subau-
diendū exultatione. Quia enī exultatione
colles accingent: hac induit arietes ouī.
Ip̄i arietes: qui colles. Colles enim: emi-
nentiore gratia. Arietes: quia duces gre-
gum. Arietes ergo apostoli induti sunt ex-
ultatōe: gaudent fructibus suis: non sine
causa laborauerūt: nō sine causa p̄dicau-
runt. Induti sunt arietes ouī. **E**t **cō-**
*Alio lat.
valles abūdabunt frumento.*
tu miles populi multū fructū afferent. Cla-
mabunt. Inde abundabūt frumento: q̄r
clamabūt. Quid clamabūt: Etenī hym-
nu dicēt. Alio ē. n. clamare aduers⁹ dñi:
aliud hymnū dicere: aliud clamare sacrile-
giū: aliud clamare laudes dei. Si clamas i
blasphemia: spinas p̄tulisti. Si clamas in
hymno: absidas frumento.

Explícit Tractatus de ps. LXIII.
Incepit Tractatus de ps. LXV.

Iscríbis in titulo psalm⁹ iste. In
fine: canticū psalmi resurre-
ctionis. In fine cum auditis q̄i
psalmi, p̄ficiant: in christi intelligite: dice
te apostolo: Finis enī legis christus ad iu-
sticiā om̄i credēti. Quō ḡ hic cantet resur-
rectio: et cui⁹ resurreccio: quātū ip̄e apire et
donare dignatur: audieti. Resurrectionē
enī christiani nouimus in capite nostro iaz-
factā: et in membris futuram. Caput ecclē-
sie christus ē: mēbra christi ecclia. Qd̄ pre-
cessit in capite: sequit in corpe. Hec ē spes
nostra: ad hoc credimus: ad hoc duram⁹
et p̄seueramus in tanta malignitate hui⁹ se-
culi: solante nos spe: anteq; spes fiat res.
Res enī erit cū et nos resurrexerūt: et i ce-
lestē habitū cōmutati equales angelis sa-
cti fuerimus. Quis hoc sperare auderet:
nisi veritas p̄mitteret: Hanc aut̄ spem p̄-
missam sibi iudei tenebant: et de bonis: et
de quasi iustis operibus: multum gloria-
bant quod acceperāt legem sīm quā riuē-
do: et hic haberet bona carnalia: et in resur-
rectione mortuorū talia sperabant de qua-
lib⁹ hic gaudebat: Propterea saduceis q̄
negabant futuram resurrectionē: iudei re-
spondere nō poterant p̄ponenibus que-
stionem quā dño p̄posuerūt idem saducci.

IExposit
Abulat de
Terra: Nō ergo
te fratres quē

Psalmus

Hinc enim intelligimus eos hanc questionem soluere non posuisse: quod dominus soluente mirati sunt. Proponebat ergo seducei questionem de quadam muliere que habuit septem viros: non simul sed successentes sibi. Erat enim hoc legi ad psalmi propaganduz: ut quod forte sine liberis defungeret: frater eius si haberet: acciperet virorum eius: ad resuscitanduz semem fratri suo. Proposita ergo illa muliere que habuit septem viros omnes mortuos sine liberis: et ad officium implendum ducebatur fratris uxorem: dixerunt querentes: in resurrectione cuius coegerint uxores. Procul dubio iudei non fatigari: non deficerent in ista questione: si non talia sibi in resurrectione spararent: qualia agebant in hac vita. Dominus autem equalitate angelorum promittens non humanam carnis corruptionem ait illis: Erratis: nescientes scripturas neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque uxores ducunt: neque enim incipient mori: sed sunt eae equales angelis dei. Demonstravit quod ibi sit necessaria successio: ubi dolet decessio. Ibi quod decessores non erunt nec successores querentur. Ad hoc sibi dicunt: non enim incipiunt mori. Ut ruram quod iudei tenebant: et si carnaliter spiritus resurrectionis future: gauissi sunt resuimus esse seduceis cum quibus illis erat de hac anticipata et obscura questione certam. Tenebant ergo iudei spiritus resurrectionis mortuorum: et soli se ad beatam vitam resurrecturos putabant propter opus legis: propter iustificationes scripturarum quas habebant soli iudei: et gentes non habebant. Crucifixus est christus cecitas excepto in israel facta est: ut plenitudo gentium intraret. Hoc apostolus dicente: et cepit eum gentibus promitti resurrectionem mortuorum: credentibus in Iesum christum quod resurrexit. Inde psalmus iste est aduersus presumptiōē et superbiū iudeorum: per fidem gentium ad eandem spiritus resurrectionis vocatarum. Quodammodo fratres mei animi psalmi audistis in hoc quod dixi: in hoc quod proposui: tota vestra suspendat intentio. Hunc vos nulla cogitatio auertat: contra presumptionem dicite iudeorum: qui de iustificationib⁹ legis spabant sibi resurrectiones: et crucifixerunt christum quod primus resurrexit: non membra resurrectura solos iudeos habitatores: sed omnes qui in eum credidissent: id est omnes gentes. Inde cepit.

Expositio psalmi.

Tribulare deo: Qui: Omnis terra: Non ergo sola iudea. Gloriate fratres quemadmodum comedetis universitas ecclesie toto orbe diffuse: et non so-

LXV.

lum dolete iudeos: qui gratiam istam gentibus inuidebant: sed plus hereticos plague. Si enim tollendi sunt qui collecti non sunt: quanto amplius qui collecti diuersi sunt. Jubilate deo omnis terra. Quid est iubilare: In vocem erupite gaudiorum: si non potestis verborum. Non enim verbis iubilat: sed solus gaudientium sonitus redditur quasi perturbantur parentis cordis leticiam in vocem rei concepte quod verbis explicari non possit. Jubilate deo omnis terra. Nemo iubilet in parte: nemo in quod iubilet in parte: omnis terra iubilet: catholica iubilet: catholica totum tenet. Quicunque partem tenet et a toto precisis est: vult non iubilare. Jubilate deo omnis terra. Psallite autem nomine eius. Quid dicit: Psallentibus vobis: benedicat nomen eius. Quid sit autem psallere: beri dixi: et credo meminisse caritatem vestram. Psallere: est organum etiam assumere quod psalterium dicitur: et pulsus atque ope manuum vocibus concordare. Si ergo iubilatis quod dominus audiat: psallite etiam quod homines videant et audiant: sed non propter nomen vestrum. Lauete enim facere iusticiam vestram coram hominibus: ut videamini ab eis. Et propter cuius nomen inquires psallam: ut non videant ab hominibus opera mea. Atende alio loco. Luceant opera via bona coram hominibus: ut videant bona facta vestra: et glorificant patrem vestrum qui in celis est. Gloriate bona facta vestra: et glorificant non vos sed deum. Nam si propter vos glorificatos facitis opera bona: respondet quod ipse dixit de quibusdam talibus: Amem dico vobis: precepit mercedem suam. Et iterum: Alioquin mercede non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Ergo inquires de beo abscondere opera mea: ne sacrificia coram hominibus. Non. Sed quid ait: Luceant opera vestra coram hominibus. Atcepit ergo remanebo. Hac mihi dicens: Lauete facete iusticiam vestram coram hominibus: hac mihi dicens: Luceant opera via coram hominibus: Quid obseruabo: Quid faciam: Quid relinquam: Num non potest homo servire duabus dominiis diversa iubentibus: quod nec una diversa iubeti. Non ait dominus: diversa iubeo. Finem attende: in fine canta: quo fine facias: vide. Si ideo facis ut tu glorificeris: habebis: si autem ideo ut deus glorificet: hoc iussi. Psallite ergo non nomini viro: sed nomi domini dei vestri. Vos psallite ille laudet: vos bene vivite ille glorificetur. Unde enim habetis ipsum bene vivere: Si eternum haberetis: nunquam male vivissetis: si a vobis haberetis.

*Alia lira.
psalmū dicit
t non habet.*

Psalmus

nunc bene vixissetis. Psallite autem nomini eius dicate. Bate gloria laudi eius. Totam intentione nostram in laudem dei mittit: nihil nobis reliquit unde laudemur. Gloriemur inde magis et gaudemus: illi inheremus: in illo laudemur. Audistis cum legeretur Apostolus. Videlicet vocationem vestram fratres: quia non multi sapientes sunt carnem: non multi potentes: non multi nobiles: sed stulta mundi elegit deus: ut confundat sapientes: et infirma mundi elegit deus: ut confundat fortia: et ignobilia mundi elegit deus: et ea que non sunt tanquam que sunt: ut ea que sunt euacuerent. Quid voluit dicere? Quid voluit ostendere? Descendit dominus noster Iesus Christus in spiritu regare genus humanum: et dare gratiam suam omnibus intelligentibus: quia gratia illius non ex meritis eorum: et ne quelibet persona gloria retur in carne infirmos elegit: nam inde non est electus ille Nathanael etiam. Quid enim tibi videtur: ut publicanum in teloneo sedentem eligeret Matthaeum: et non eligeret Nathanael cui prohibuit testimonium ipse dominus dicens: Ecce verus Israelita in quo dolus non est. Intelligit ergo Nathanael iste doctus fuisse in lege: non quia doctos non erat electus: sed si ipso primo elegisset: doctrine sue merito se electos putarent: ita illorum scientia laudaret: et laus Christi gratie minueretur. Prohibuit testimonium tanquam bono fideli in quo dolus non erat: sed tamquam eum non assumpsit inter illos discipulos quos primi idiotas elegit. Erynde intelligimus quod ille peritus erat legis: Quod audiuimus ab uno ex eis qui secuti erant dominum dicentes: Invenerimus messiam: quod interpretat Christus: quesiuit unde: et dictum est a Nazareth. Et ille: a Nazareth potest aliquid boni esse. Produlbio qui intellexit: quod a Nazareth potest aliquid boni esse peritus erat legis: et bene prophetas insperaverat. Noui esse in illius vobis aliam pronunciationem: sed a prudentioribus non est approbata: ut quasi despasse videatur: ille cum audiens dixisset: a Nazareth potest aliquid boni esse: id est nisiquid potest. Sic pronunciando quasi desparet. Sequitur autem ibi: Veni et vide. Hec verba: id est veni et vide utrumque possunt pronunciationem sequi: Si dicas: quasi non credes a Nazareth potest aliquid boni esse: Respoderet. Veni et vide quod non credis. Rursus si dicas confirmans: a nazareth aliquid boni esse. Respondebat venit vide quod credis quod bonum sit bonum quod nuncio a Na-

LXV.

zareth: et quod recte credas veni et expire. Hic tamquam estimatur doctus ille in lege fuisse: quod non est electus inter discipulos ab illo qui stulta mundi prius elegit: cum tantum ei probuerit testimonium dominus dicens: Ecce vere Israelita in quo dolus non est. Elegit ergo dominus postea et oratores: sed illi supervenirent si prius elegerit pescatores. Elegit diuites: sed dicerent merito diuitiarum suarum se electos esse: nisi primo elegisset pauperes. Elegit imperatores postea: sed melius est ut romam cum venerit imperator deposito diademate ploret ad memoriam pescatoris: quod ut pescator ploret ad memoriam imperatoris. Infirma enim misericordia elegit deum: ut confundat fortia: et ignobilia mundi elegit: et ea que non sunt tanquam ea que sunt: ut ea que sunt euacuerent. Et quid sequitur? Concludit apostolus: ut non gloriebitur coram deo omnis caro. Videlicet quemadmodum nobis abstulit gloria: ut daret gloriam. Abstulit nostram: ut daret suam. Abstulit inanem: ut daret plenam. Abstulit nutantem: ut daret solidam. Quarto ergo gloria nostra fortior et firmior: quod in deo est. Non ergo in te debes gloriari quod prohibuit veritas: sed quod ait apostolus hoc precepit veritas: qui gloriatur in domino gloriatur. Bate ergo gloriam laudis eius: nolite imitari iudeos: qui quasi meritis suis volebant tribuere iustificatiōes suas: et inuidabant gentibus accedentibus ad gratiam euangelicā: ut peccata omnia donarent eis: quasi illi non haberent quod donarent sibi quasi iam boni operari mercedē expectantes: et cum adhuc egroti essent: sanos se esse putabant: inde piculos egrotabat. Nam simul mitius egrotarent: non quasi frenetici medicum occiderent. Bate gloriam laudi eius. Hic deo quod timenda sunt opera tua: Quare timenda et non amanda: Audi alias vocem psalmi. Seruite domino in timore: et exultate ei cum tremore. Quid sibi hoc vult: Audi voces apostoli. Cum timore inquit et tremore vestra ipsis salutem opamini. Quare cum timore et tremore: subiecit causam: Deus est enim qui operatur in nobis et velle et perficere per bona voluntate. Si ergo deus operatur in te: gratia dei operis non viribus tuis. Ergo si gaudeas: et time: ne forte quod datum est habili: auseparat superbo. Nam ut noueritis bene factum de ipsa superbia iudeorum quod se ex operibus legali iustificauit: et ideo gaudetum: dic alieno proposito. Huius i curribus: et huius equis: quod in suis quibusdam passibus et

Alla tria.
terribilia.
domine.

Psalmus

instrumentis ad erectionē suam. Nos aut inquit in nomine domini dei nostri magnificabimur. H̄i in currib⁹: et h̄i in equis: nos aut in nomine dñi dei nostri magnificabimur. Vide quēadmodū illi extollebant in se: vide quēadmodū illi gloriabant in deo: ppterā quid secutū est. Illis obligati sunt pedes et ceciderūt: nos autē surreximus et erecti sum⁹. Audi ipm̄ dominū nostrū hoc idem dicentē: Ego inq̄t veni: vt qui nō vident videant: et qui vident ceci fiant. Vide i vna pte bonitatē: in alia q̄si maliciā. Sed qd̄ meli⁹ illo: Quid misericordi⁹: Quid iusti⁹: Quare ḡ q̄ nō vidēt videant: Ppter bonitatez. Quare et qui vident ceci fiant: Ppter elationē. Et vere videbant: et facti sunt ceci: Nō videbāt: s̄ videre sibi videbant. Nā ecce videte fratres cum divergent iipi iudei nō sumus ceci: ait illis dominus: Si ceci essetis: peccatū nō haberetis. Nō autē quia dicitis videmus: peccatum vestrum in vobis manet. Ad medicū venisti: videre te dicis: cessabunt colliria: s̄ cecus remanebis. Lōfiteret te ceci: vt illuminari merearis. Attēde iudeos: attende gentes qui nō vident: videant inq̄t: Ideo veni vt qui vident ceci fiant. Ip̄m dominū christū in carne videbant iudei: gentes nō videbant. Ecce qui viderunt crucifixērunt: qui nō viderūt crediderūt. Ergo qd̄ fecisti o christe: aduersus supbos qd̄ fecisti: Videlic⁹ quia dignatus es et membra tua sumus: videmus abscōdisti deū: obiecisti hominē. Quare hoc: Ut cecitas ex pte in israel fieret: et plenitudo gentiū intraret. Ad hoc abscōdisti deū: et hoīem aspectib⁹ obiecisti. Videbant et nō videbāt. Videbant qd̄ acceperas: et non videbant quod eras. Videbant formā serui: nō videbāt formaz dei. Formā serui qua maior est pater: non formā dei: ppter quā modo audistis: Ego et pater vñū sum⁹. Lenuerūt qd̄ videbāt: crucifixerūt qd̄ videbant: insultauerunt ei quē videbant: nō agnouerunt qui latebat. Audi aplū dicentē: Si em̄ cognouissent: nunq̄ dominū glorie crucifixissent. Ergo gentes que vocate estis attēdite ramos ppterā seueritatē: vos autem insertos ppter bonitatē et p̄ticipes factos pinguedinis oleo: nō altū sapiētes: id est nō supbientes. Non em̄ tu radicem portas: ait: sed radix te: magis terreamini: qz videtis amputatos ramos naturales. Iudei em̄ p̄ patrarchas venerūt: de carne Abrae natū sunt.

LXV.

Et quid ait apostol⁹: Sed dicas: fracti s̄crami ut ego inserar. Bene ppter infidelitatem fracti sunt: tu autē inquit fide stas: noli altum sapere: sed time. Si enim naturalib⁹ ramis de⁹ nō pepcit: neq̄ tibi parcer. Attēde ḡ ramos fractos: et te insertū noli extolli sup ramos fractos: Imaḡ dicite deo: q̄ me tuēda sūt opa tua. Fr̄es si aduers⁹ iudeos olim p̄cisos de radice patriarchū extollere nos nō debem⁹: sed timere poti⁹ et dicē deo: q̄ timēda sunt opa tua: quāto minus nos debem⁹ extollere aduersus recētia vulnera p̄cisionū: Precisi sunt autē iudei de ipa insertōne: p̄cisi sunt heretici: sed neq̄ illos nos extollere debemus: ne forte p̄cidī mereamur q̄s delectat insultare p̄cisis. Fr̄tres mei qliscūq̄ epi vox sonuit vobis: rogamus vos: vt caueatis quicūq̄ in ecclia estis: nolite insultare eis qui nō sunt intus: sed orate poti⁹: vt et ipi int̄ sint. Potēs est em̄ de⁹ iterū inserere illos. Be iphis iudeis dixit b̄ aplū: et factū est i eis: Resurrexit d̄f̄: multi crediderūt: nō intellexerūt cū crucifigerēt: tñ postea crediderūt i eū: et donatū est eis tam magnū delictū. Fūsus dñi sanguis donat⁹ ē homicidis: vt nō dicā delicidis: qz si cognouissent nunq̄ dñm glorie crucifixissent. Nō homicidis donat⁹ ē: fūsus sanguis innocētis: et ipm̄ sanguinē quē p̄ insanā fuderūt: p̄ gratiā biberūt. Bicite ergo deo: q̄ timēda sunt opa tua. Unde timēda: Quia cecitas ex pte in isrl̄ facta ē: vt plenitudo gentiū intraret. O gentiū plenitudo dic deo: q̄ timēda sunt opa tua: et sic gaude vt cōtremiscas: noli extolli super ramos precisos. Dicite deo: q̄ timēda sunt opa tua. In multitudine potentię tue metient tibi inimici tui. Ad hoc tibi inquit mentient inimici tui: vt multa sit potentia tua. Quid est hoc: Inten̄tus audite. Potentia domini nostri Iesu christi: maxime apparuit in resurrectiōe. Unde psalmus iste titulum accepit. Et resurgens apparuit discipulis suis. Nō apparuit inimicis suis: sed discipulis suis. Crucifixus apparuit omnibus: resurgens fidelibus: vt etiā postea qui vellet crederet: et credenti resurrectio p̄mitteret. Multis sancti multa miracula fecerūt: null⁹ eoz mortuus resurrexit: qz et q̄ ab eis resuscitati sunt morituri resuscitati sunt. Intendat caritas vestra. Comendās dñs opa sua dixit: ope rib⁹ credite si mihi nō vultis credē. Et commendans etiam p̄terita opa p̄phetarū: et si

Rōma: 11-

Elia fr̄a.
et virtutis.

Psalmus

non eadem: tamen multa eiusdē potentie. Ambulauit dñs sup mare: iussit et Petru. Numquid nō ibi erat ipē dñs: quādo se diuisit mare: vt Moyses cū populo israel trāsi eret. Idem domin⁹ illa faciebat. Qui fecit ista p carnē suā: ipē faciebat p carnē seruorū suorū: Illud tamē p fuos suos nō fecit. nam ipē omnia faciebat vt aliq̄s ipoꝝ mortuus esset: et resurgeret i vitā eternā. Quia ergo possent dicere iudei cū miracula faceret dñs: fecit h̄ et Moyses: fecit h̄ et Helias: fecit h̄ et Helize⁹: possent sibi ista dicere: qz et illi mortuos resuscitauerūt: et multa miracula fecerūt. Propterea cum ab illo signū peteret: p̄prum signū cōmendans quod ī se solo futurū erat: ait: Generatio prava et amaricāns signū querit: et signū non dabit ei: nisi signum Ione pphete. Sic ut em̄ fuit Jonas in ventre ceti tribus dieb⁹: et tribus noctib⁹: sic erit et fili⁹ homis in corde terre tribus diebus et tribus noctib⁹. Quō fuit Jonas in ventre ceti: Hōne vt postea viuus euomeref. Hoc fuit infernus dño: qd̄ Ione cetus. Hoc signū p̄prum cōmendavit: hoc ē potētissimū. Potenti⁹ ē reuixisse mortuū: q̄ non fuisse mortuū. Multitudo potentie dñi fm̄ qd̄ homo factus est in virtute resurrectiōis apparet. Hanc cōmēdat et aplūs cum dicit: Non habens eam iusticiā que ex lege est: sed eā que est p fidē chriſti: que est ex deo iusticia in fide ad cognoscendū cum et virtutē resurrectiōis ei⁹. Sic cōmendat et alio loco: Et si crucifixus ē ex infirmitate: sed viuit ex virtute dei. Cum ḡ ista magna potentia dñi in resurrectiōe intelligat: vnde titulū psalm⁹ iste accepit: qd̄ sibi vult: in multititudine potentie tue mētē enī tibi inimici tui: nisi vt sic intelligas: idō tibi mentient inimici tui: vt crucifigaris: idō crucifigeris: vt resurgas. Mendaciū ergo illoꝝ ad cōmendandā multā potentia tuā valebit. Quare solent inimici mentiri: Ut potentiaz cuiusq̄ minuant de quo mentiuntur. Libi inqt̄ cōtra accidit. Nā minus appareret potentia tua: si illi tibi nō mentirent. Attendite et ipm̄ mendaciū falsorum testimoniū in euāgelio: et videte qz de resurrectiōe est. Cum em̄ dictū esset qd̄ signum ostendis nobis: quia ista facis: excepto eo qd̄ dixerat de Iona q̄ alia similitudinē: hoc ipm̄ item dixit vt noueritis hoc p̄prum signum maxime cōmendatū: Soluite templum inquit hoc: et in tribus diebus excita bo illud. Et illi dixerūt: Quadragita et sex

LXV.

annis edificatū est templū hoc: et tu in triduo excitabis illū: Et euāgelista: qd̄ illud ēēt: exponēs. Hoc aut̄ inqt̄ dicebat Jesus de tēplo corporis sui. Ecce hanc potentia iuam hominib⁹ se demonstraturū dicebat. Unū similitudinē de templo dederat ppter carnem suā qd̄ erat templū latentis intus diuinitatis. Unde iudei templū foris videbant: lumen intus habitans nō videbāt. Ex istis v̄bis domini cōcinnauerūt falsi testes mendaciū qd̄ contra eum dicerent: ex his ipis v̄bi cōmēdat resurrectionē suā futurā loquēs de templo. Dixerunt c̄m falsi testes aduersus euz: cū quereret ab eis: qd̄ illum audissent dixisse blasphemum: audiūmus eum dicentē: Soluam templū hoc et p̄ triduū reedificabo illud. Post triduū resuscitabo audierāt: soluā non audierāt: sed audierant soluite. Unū verbū mutauērūt et paucas litteras: vt falsum testimoniū molirent. Sed cui mutas verbuz ob hūana vanita: so humana infirmitas. Cetero in cōmutabili verbū mutas. Mutastu v̄bū tuū: nū quid mutas verbū deiz. Unde alio loco dicitur: Et mentita est iniquitas sibi. Quare ergo tibi mentiti sunt inimici tui: o domine: cui iubilat om̄is terra? In multitudine potentie mentient tibi inimici tui. Dicūt: soluā: cū tu dixeris: soluite. Quare te dixerunt dixisse: soluam: et non dixerunt qd̄ dixisti: soluite. Ut q̄si ipi se a criminie soluti templi defenderet sine causa. Christus em̄ quia voluit mortuus est: et tamē vos occidistis. Ecce cōcedimus vobis om̄i mētēces: ipse soluit tēplū. Dicūt ē em̄ ab aplo: Qui me dilexit: et tradidit scipsum pro me. Dicūt de patre: qui p̄pro filio nō pepercit: sed p nobis omnib⁹ tradidit illū. Si ergo pater filū tradidit: et filius semetipm̄ tradi dit: Judas quid fecit? Pater tradendo filū ad mortē p nobis bñfecit: christ⁹ tradēdo scipm̄ p nobis fecit bñ: tradēdo Judas magistrū p auaricia sua fecit male. Mō.ii. qd̄ nobis p̄stū est de passiōe christi: malicie Iude deputabif. Habet ille mercedem malicie: christ⁹ laudē grē. Prorsus ipē soluerit templū: ipē soluerit q̄ dixit: Potestē habeo ponēdi animā meā: et p̄tatem habeo iterū sumēdi eā: nemo tollet eam a me: sed ego ipē pono eā a me: et iterū sumo eāz. Ipē soluerit templū gratia sua malicia vestra. In multitudine potentie tue mentientur tibi inimici tui. Ecce mentiuntur: ecce creditur eis: ecce opprimeris: ecce crucifi-

¶ Psalmus

geris: ecce insultatur tibi: ecce caput agitur: Si filius dei es descendere de cruce. Ecce quādo vis animā ponis: et lancea latuſ pueris: et sacramēta de latere tuo pfluunt: deponeris de ligno: inuolueris de lintheamībus: poneris in sepulchro: adūnū custodes ne tollant te discipuli tui: Tenuit hora resurrectiōis tue: terra pcutit: monumenta scindunt: resurgis occultus: appares manifestus. Ubi sunt ergo illi mēdaces: Ubi est falsum testimonium maluolentie: Nonne in multitudine potentie tue mentiti sunt tibi inimici tui: Ba et illos se pulchri custodes: referant quid viderint: accipiāt pecuniam et ipi mentiant. Bicāt etiam ipsi moniti quersi a quersis: dicant a iudeis corrupti: qui in christo noluerunt esse integri: dicant mentian etiā ipi. Quid dicturi sunt: Bicite: vidēamus: mentiēni in multitudine potentie domini. Quid dicturi estis: Cum dormirem⁹ nos: venerūt discipuli et abstulerūt eum de monumēto. O vere stulticia dormiēs: Aut vigilabas: et phibere debuisti: Aut dormicbas: et qd sit gestum nescisti. Accesserūt et ipi mendacio inimicorū: auctus est et numerus mentientiū: ut augeref merces credentiū: quia in multitudine potentie tue mentiētur tibi inimici tui. Ergo mentiti sunt: in multitudine potētie tue mentiti sunt. Apparuit contra mendaces veracibus: et apparuit eiis veracibus quos tu veraces fecisti. Remaneat iudei in mēdacijs suis tibi: qz in multitudine potētie tue mentiti sunt: fiat quod sequitur. Omnis terra adoret te et psallat tibi: psallat nomini tuo altissime. Paulo ante humillime: mō altissime. Humillime inter man⁹ mentientiū inimicorum: Altissime sup verticē laudantia angelorū. Omnis terra adoret te et psallat tibi: psallat nomi tuo altissime. Venite et videte opera domini: O gētes: o ultime nationes relinquite iudeos mentientes: venite cōfidentes. Venite et videte opera domini. Terribilis in consilijs sup filios hominū. Filius homis et ipē quidē dictus est: et vere filius homis fact⁹ est. Vere fili⁹ dei in forma dei: vere fili⁹ hominis in forma serui. Sed nolite formā istaz serui ex aliorum similiū cōditione pensare. Terribilis est in consilijs sup filios hominū. Machinati sūt filij hominū cōsiliū ad crucifigendū christū: crucifixus excecauit crucifigentes. Quid ergo feciſtis filij hominū

Alia lfa.
ipsalmū dicat
tuō habet

Alia lfa.
t dei.
te et videte opera domini: O gētes:
o ultime nationes relinquite iudeos men-
tientes: venite cōfidentes. Venite et videte
opera domini. Terribilis in consilijs
sup filios hominū. Filius homis et ipē
quidē dictus est: et vere filius homis fact⁹
est. Vere fili⁹ dei in forma dei: vere fili⁹ ho-
minis in forma serui. Sed nolite formā istaz
serui ex aliorum similiū cōditione pensare.
Terribilis est in consilijs sup filios hominū.
Machinati sūt filij hominū cōsiliū ad
cru-
cifigendū christū: crucifixus excecauit
cru-
cifigentes. Quid ergo feciſtis filij hominū

LXV.

machinando acuta cōsilia aduersus domi-
num vestrū: in quo latebat maiestas et ap-
parebat infirmitas: Vlos machinati cōsilia
perdendi: Ille excecaudi et saluādi. Excecaudi superbos: saluandi humi-
les. Ad hoc autē superbos istos exceca-
di: vt cecati humiliarent: humiliati confite-
rētur: cōfessi illuminarent. Terribilis in cō-
silijs super filios hominū. Vere terribilis:
Ecce cecitas ex pte in israel facta est. Ecce
iudei ex quib⁹ natus est christus: foris sūt.
Ecce gentes que contra iudeā erant i chri-
sto: intus sūt. Terribilis in consilijs super
filios hominū. Propterea quid fecit terro-
re consili⁹ sui: Conuertit mare in aridam.
Hoc em sequit. Qui conuertit ma-
re in aridam: Mare erat mūdus ama-
rus saltitatem turbulentus tempestate: seui-
ens fluctibus psecutionū mare erat. Lerte
in aridam quersum est mare: mō sit aquā
dulcem mundus: quia salsa plenus erat.
Quis hoc fecit? Qui cōuertit mare in ari-
dam. Iam anima gentiū omnī quid di-
cit: Anima mea velut terra sine aqua tibi.
Qui cōuertit mare in aridam. In fluvi-
ne ptransibunt pede. Illi ipi qui con-
uersti sunt in aridam cum essent antea ama-
ri: in flumine pede ptransibunt. Quid est
flumen: Flumen est omnis mortalitas secu-
li. Vide flumen: alia veniunt et transeunt:
alia transitura succedunt. Nonne sic fit in
aqua fluminis: qui de terra nascitur vt ma-
neat: Omnis qui natus est cedat: oportet
nascituro: et omnis iste ordo rerum laben-
tium fluuius quidam est. In istum fluuius
non se mittat cupida anima: non se mittat:
scit. Et quomō transit delectationes rerū
pituraram: Credat in christū facile ptran-
sibit pede: transit illo duce: pede transit.
Quid est pede transire: Facile trāſire. Et
nō querat erat equi vt transeat: nō erigat
superbia ad tranſeunduz flumen: humilis
transit et ocios transit. In flumine ptran-
sibunt pede. Ibi iocundabitur in
ipo. In bonis operibus iocundare. O iu-
dei de vestris operibus gloriāmū: depo-
nite superbiam gloriandi de vobis: sumi-
te gratiā iocundandi i christo. Ibi em iocu-
dabitur: s nō i nobis: ibi iocundabitur in
ipo. Nō iocundabitur: Lū flumē trāſieri-
m⁹ pede. vita efna pmitit resurrectio pmit-
tit: ibi caro nra iā nō erit flumē. Flumē em
mō ē: qn̄ mortalē ē. Vide si stat aliquā etas:
Pueri crescere volunt et nesciunt: spaciuſ

Alia lfa.
t letabimur.

Psalmus

vite sue: annis succedētib⁹ minuit. Nō em⁹ addunj⁹ anni: sed subtrahunt crescentibus: sicut aqua flumis pr̄sus accedit: s̄ a fonte fecedit: et volūt crescē puerūt careāt dñatu maior⁹. Ecce crescut: agit cito: puerūt ad iuuētutem. Qui excesserūt puericiā: si pos-
sint teneāt iuuētutē. Trāsit et ipa: senectus succedit: vel senect⁹ etna succedit: v̄l sene-
ct⁹ etna si morte auferat. ḡ fluui⁹ est carnis nascēt. Hūc fluui⁹ mortalitat⁹ nemo mor-
taliū rerū cōcupiscētia subuertat et rapiat:
facile trāsit q̄ hūliter: id est pede transit du-
ce illo qui prior trans̄it: qui de torrente in
via v̄sc⁹ ad mortē bībit: ppterēa exaltauit
caput. Transeūtes ergo pede fluui⁹ istu⁹:
id est facile transeūtes mortalitatē istam
fluentem ibi iocūdabimur in ipo. Abodo autē in quo nisi in spe ipius. Et si em⁹ iocū-
damur modo in spe iocūdabimur: tunc autē in ipo iocūdabimur: et modo in ipo sed per
spem: tunc autē facie ad faciem: ibi iocūda-
bimur in ipo. In quo? Qui dominat
in virtute sua in eternū: Nam nos quā
virtutē habemus: Numquid eternā: Si eter-
na esset virtus nostra: nō lapsi essemus: nō
cecidiſsemus in peccatū: nō meruisseſsemus
mortalitatē penalem. Ille volūtate suscep-
pit: quia nos meritū nostrum delecit. Qui
dominat in virtute sua in eternū: Eius pri-
cipes efficiemur in cui⁹ virtute nos erimus
fortes: ille autē in sua. Nos illuminati: ille
lumen illuminans. Nos auerti ab illo con-
tenebramur: ille auerti a se nō potest. Calo-
re ipius accendimur unde recedētēs frigi-
di eramus: accedētēs rursum accēdimur.
Ergo dicamus ei: custodiat nos in virtute
sua: qz in ipo iocūdabimur qui dominat in
virtute sua in eternū. Sed nō hoc solis iu-
deis preſtit credētibus: quia multū se ex-
tulerūt iudei de virtute sua pſumentes: po-
stea coguerūt i cui⁹ vtute fuerūt salubriter
fortes: et quidā eoz crediderūt: s̄ nō sufficit
christo: mltū ē qd dedit: magnū p̄cū dedit:
nō p̄ solis iudeis debuit valere qd dedit.
Oculi ei⁹ sup̄ gētes respiciūt. Ergo
oculi eius sup̄ gentes respiciunt. Et qd fa-
camus. Aburmurabunt iudei: dicturi sunt
iudei quod nobis hoc et illis: nobis euāge-
lium: illis euāgeliū: nobis gratiā resurre-
ctionis: et illis gratiā resurrectiōis: nihil no-
bis pdest qd nos legem accepim⁹: et i iusti-
ficationib⁹ legis viximus: et tenuimus pre-
cepta patrū: nihil valebit hoc illis qd no-
bis. Non litigent: non contendant. Qui

LXV.

amaricant non exaltent in semet- Alia Fa.
ipis. O caro misera et tabescēs: nōne pec-
catrix es: Quid clamat lingua tua: Atten-
datur conscientia. Omnes enim peccaue-
runt et egent gloria dei. Agnosce te infirmi-
tas humana: accepisti legem ut preuarica-
trix legis es. Non enim tenuisti et imple-
sti quod accepisti. Accessit tibi ex lege non
iustificatio quam lex iubet: sed p̄uaricatio
quam tu fecisti. Si ergo abundauit pecca-
tum: quid inuides superabundanti gracie
Holi amaricare: qz q̄ amaricant nō exalte-
tur. Quasi maledixisse videtur qui amari-
cant non exaltent: ino exaltent sed non in
scip̄sis. Humilient in scip̄sis: exaltentur in
christo. Qui enim se humiliat exaltabitur:
et qui se exaltat humiliabitur. Qui amaricat
non exaltentur in scip̄sis. Benedicite
Gentes deum nostrū: Ecce repulsi sunt
qui amaricant: redditā est illis ratio: aliqui
conuersi: sunt aliqui superbi remanserunt.
Non vos terreat qui gratiam euāgelicaz
inuident gentibus: iam venit semē Abrae
in quo benedicunt omnes gentes. Bene-
dicte in quo benedicimini: benedicte gen-
tes deum nostrū. Et audite vocē lau- Alia Fa.
dis eius. Ne vos ipsos laudens. sed ipm
laudens. Que est vox laudis eius: Quia
gratia ipius sumus: quicquid boni sumus. Alia Fa.
Qui posuit anima meam in vi-
tam: Ecce vox laudis ei⁹: qui posuit ani-
mā meam in vitā. Ergo in morte erat: erat in
morte: erat in te. Inde est quod nō debui-
stis exaltari in vobis ipsis. Ecce in morte
erat in te. Tibi erat in vita nisi in illo qui di-
xit: Ego sum via: veritas: et vita: Quomō
qbusdā credētib⁹ ait apls: Fuitis aliqui te-
nebre: nūc aut lux i dño. Tenebre ḡ in vo-
bis: lux i dño: sic mors i robis: vita i dño.
Qui posuit animā meam in vitā. Ec-
ce posuit animā nostrā in vitā: quia cre-
dimus in eum qui in vita posuit animā
nostrā. Sed quid deinde opus est nisi vi-
p̄seueremus v̄sc⁹ in finem: Et hoc quis da-
bit: nisi de quo consequenter dictum est: Alia Fa.
Et non dedit in motum pedes me-cōmoniō.
os. Ipse posuit animā meam in vitā: ipse
regit et pedes ne nutēt: ne moueant et dent
in motū: et ipse nos facit vivere: ipse p̄seue-
rare v̄sc⁹ in finem ut in eternū vivamus.
Et non dedit in motū pedes meos. Qua-
re h̄ dixisti: et nō dedit i motū pedes meos:
Quid. n. passus es: aut qd pati potuisti ut
mouerēt pedes tui: Quid: Audi q̄ sequat

Psalmus

Quare dixi nō dedit in motū pedes meos: q̄r
mīta passuri sum⁹ de qb⁹ mouerent̄ de via
pedes nostri nisi ipse regeret: et eos in mo-
tū nō daret. Que sūt ista? Qm̄ pba-
sti nos deus: ignisti nos sicut igni-
tur argētū. Nō ignisti sicut fēnū: sed si-
cūt argētū. Adhibendo nobis ignē: non
in cīnē pueristi: b̄ sordes abluisti. Igni-
sti nos sicut ignis argētū. Et vide quō se-
uit deus in illos quorū aīaz posuit in vitā.

Alia lfa. Induristi nos in muscipulam: t̄
Mō vt capi moreremur: sed vnde liberati
expiremūr. Posuisti tribulatiōes in
dorso nostro. Erecti enī male supbi era-
mus: male erecti curuati sumus: vt curua-
ti bene erigeremur. Posuisti tribulatiō-
nes i dorso nostro. Imposuisti homi-
nes sup capita nostra. Hec oia passa est
ecclēsia varijs t diversis psecutionib⁹: pas-
sa est hoc singillatum: t mō patit etiā. Non
enī quisq̄ est qui se in hac vita ab his te-
ptationib⁹ pōt dicere imunē. Ergo impo-
nat t hoīes sup capita nostra: tolerem⁹ q̄s
nolum⁹: patinur supiores aliquā quos no-
uimus peiores. Peccata aut̄ si desint bene
supior est hō: quāto aut̄ plura assunt: tāto
est inferior. Et bonū est vt cōsiderem⁹ nos
peccatores esse: t sic tolerem⁹ impositos su-
per capita nostra: vt t nos deo cōfiteamur
q̄ digne patimur. Quid enī indigne pate-
ris qđ fecit q̄ iust⁹ ē: Posuisti tribulatiōes
in dorso nō: imposuisti hoīes sup capita
nostra. Seuire videt de⁹ cū ista facit: ne me
tuas qñ pater est: nunq̄ sic seuit vt pdat.
Qñ male viuis si p̄cit pl⁹ irascif. Omnino
iste tribulatiōes flagella sunt corridentis:
ne sit snia pūnientis. Posuisti tribulatiō-
nes in dorso nostro: imposuisti homies su-
per capita nostra. **Trāsiuimus per**
igne t aquā: Ignis t aqua: vtrūq̄ peri-
culū est in hac vita. Lerte videt aqua ignē
extiguere: t ignis videt aquā siccāre. Iste
ipse temptationib⁹ sunt: quib⁹ abundat hec
vita. Ignis vrit: aqua corripit: vtrūq̄ me-
tuendū: t vstio tribulatiōis: t aqua corru-
ptionis. Qñ sunt res angustie t aliue que
infelicitates dicunt in hoc mūdo: quasi ig-
nis est. qñ sunt res pspere t abundātia se-
culi circūfluit: quasi aqua est. Vide ne te-
ignis exurat: ne aqua corrūpat. Firm⁹ esto
aduersus ignē: coqui te oportet tanq̄ vas
fictū: mitteri i caminū: vt firmet qđ forma-
tū ē. Vas qđ i igne firmatū ē aquā nō ti-
met: vas aut̄ si solidatū igne nō fuerit tāq̄

Igne nos ex-
minasti sic ex-
minatur.

Alia lfa.
tlaqueū.

LXV

luti aqua soluet. Noli festinare ad aquā:
per ignē trāsi ad aquā: vt trāseas t aquaz.
Propterea in sacramētis t in cathe-
tizando t in exorcizādo: adhibet prius ignis.
Nā vñ plerūq̄ imūdi spūs clamāt ardeo:
si ille ignis nō est. Post ignē aut̄ exorcismi
venit ad baptismū: vt ab igne ad aquam:
ab aqua in refrigerū. Quod aut̄ in sacra-
mētis: b̄ etiā i temptationib⁹ hui⁹ seculi. An-
gusta timoris accedit prima vice ignis:
postea ablato timore metuendū est ne feli-
citas mundana corrumpat. Lūz aut̄ te ig-
nis crepare nō fecerit: t in aquā nō miseris
sed enataueris: q̄ disciplinā transis ad re-
quieini: t transiens q̄ ignē et aquā educe-
ris in refrigerū. Quāz enī rerū signa sunt
in sacramētis: ipse res sunt in illa pfectio-
ne vite eternē. Jā cum transierim⁹ ad illō
refrigerū fratres charissimi: nullū ibi time-
bimus inimicū: nullū temptatore: nullum
inuidū: nullū ignē: nullā aquā: ppetuū ibi
refrigerū erit. Refrigerū ppter q̄etē dici-
tur. Nā si dicas calorem: verū est: si dicas
refrigerū verū est. Si enī refrigerū male
accipias: quasi torpescimus ibi: nō aut̄ tor-
pescimus ibi: sed requiescam⁹: nec quia ca-
lor dicit estuabim⁹ ibi: sed feruēm⁹ spiritu.
Attēde ipsūz calorē in alio psalmo: Nec ē
qui se abscondat a calore eius. Quid dic
t Apls. Spiritu feruētes. Ergo transui-
mus p ignē t aquam. **Et eduxisti nos**
in refrigerū. Attende quia nō tantū de
refrigerio: sed nec de ipso igne optabili ta-
cuit. **Introibo in domū tuā i ho-**
locaustis. Quid est holocaustū: Totū
incensum: sed igne diuino. Holocaustū
enī dicit sacrificiū cū totū accendit. Alię
sunt partes sacrificiōz: aliud holocaustū.
Quādo totū ardet: t totū psumit igne di-
uino holocaustū dicit: qñ pars sacrificiū.
Omne quidē holocaustū sacrificium: sed
nō omne sacrificiū holocaustū. Holocaustū
enī pmuttit: corpus christi loquit: vntas
christi loquit: Introibo i domū tuā in ho-
locaustis. Totū enim meū psumit ignis tu-
us. nihil mei remaneat mihi: totū sit tibi.
Hoc aut̄ erit in resurrectione iustorū: quan-
do t corruptibile hoc induerit incorrupti-
onem: t mortale hoc induerit imortalitatē
tūc fiet quod scriptū est. Absorpta ē mors
in victoriā. Victoria quasi ignis diuinus
est: cū absorbet mortē nostrā holocaustū
est: non remanet mortale aliquid i carne:
non remanet culpabile aliquid i spiritu:

Psalmus

totuꝝ ex mortali vita psumetur: vt in eter-
na vita psumat: vt a morte seruemur in vi-
tam. Erunt ergo illa holocausta. Et qd erit
in holocaustis: Redda tibi vota mea
que distinxerunt labia mea. Que est
distinctio in votis: Hec est distinctio. Ut
te accuses: illuꝝ laudes. Te intelligas crea-
turā: illuꝝ creatorē. Te tenebras: illuꝝ illumina-
tore: cui dicas: Tu illumabis lucernā
meā: dñe de⁹ me⁹ illumina tenebras meas.
Hā qn̄ dixerl o aia: qz ex te tibi lucet: n̄ di-
stiguis: si n̄ distigues: n̄ reddes vota disti-
cta. Redde vota distincta: cōfitere te mu-
tabile: illuꝝ incōmutabile: cōfitere te sine il-
lo nihil esse: ipm aut̄ sine te pfectū esse: te in-
digere illo: illuꝝ tui n̄ indigere. Clama ad
illuz: Dixi dñe deus meus es tu: qsn̄ bo-
norū meorū n̄ indiges. Jam t̄ qd te in ho-
locaustū assumit deus: n̄ ille crescit: n̄ il-
le augeſ: n̄ ille ditor: non ille instructior
fit: tibi est melius quicquid de te pte facit:
n̄ ei qui facit. Hec si discernas: reddis vo-
ta deo tuo: que distinxerunt labia tua. Red-
dam tibi vota mea: que distinxerunt labia
mea. Et locutū est os meū: in tri-
bulatione mea. Qd dulcis est sepe tri-
bulatio: qd necessaria est tibi. Quid ibi lo-
cutū est os ipius in tribulatiōne sua: Ho-
locausta medullata offeram tibi:
Quid est medullata? Intus teneā carita-
tem tuā: n̄ erit i supficie: in medullis me-
is erit qd diligo te. Ribil enim inten⁹ me-
dullis nostris: interiora ossa sūt carne: me-
dulle interiores sūt ipsi ossibus. Quisqz
ergo in supficie colit deum: magis placere
vult hoib⁹. Aliud aut̄ intus sentiēs: n̄ of-
fert holocausta medullaz: cui⁹ aut̄ medul-
lani inspicit: ipm totū accipit. Holocausta
arietū. medullata offerā tibi. Cū incēso ⁊ ari-
etibus. Arietes duces ecclie. Toti cor-
pus christi loqz hoc est qd offert deo incen-
sum. Quid est oratio cū incenso ⁊ arietibus:
Oxime enī arietes orāt pgregib⁹.
Offerā tibi boues cum hircis:
Boues iuenim⁹ triturātes: ⁊ ipsi offerunt
deo: Apls de annūciatoribus euāgelij di-
xit: intelligēduꝝ qd scptū ē: Bowi triturati
os n̄ infrenabis. Nūqd de bobus ptinet
ad deum: Ergo magni illi arietes: magni
boues. Quid illi qui forte cōscij sūt: aliquy
peccatorz: qui forte in ipo itinere lapsi sūt:
⁊ sautiati q penitēnā sanāt. Nūquid ⁊ ipi
remanebūt: ⁊ ad holocausta n̄ ptinebūt:
Ne ipsi timeant addit ⁊ hircos. Holocausta

LXV

sta inquit medullata offerā tibi: cū incēso
⁊ arietib⁹: offerā tibi boues cū hircis: Ad
iunctione ipsa saluantur hirci: per se non
possunt: adiuncti bobus accipiunt. Talibus
enī dictum est: Facite vobis ami-
cos de māmona iniquitatis: vt ⁊ ipsi recipi-
ant vos in eterna tabernacula. Ergo illi hir-
ci n̄ erūt a sinistris: qz fecerūt sibi amicos
de māmona iniquitatis. Qui aut̄ hirci ad si-
nistrā: Quib⁹ diceſ. Esurui ⁊ n̄ dedisis
mibi māducare: n̄ qui peccata sua elemo-
synis redemerunt. Venite audite ⁊
narrabo vobis oēs qui timetis de-
um: Veniam⁹: audiam⁹ qd narratur⁹ ē.
Venite audite ⁊ narrabo. Sz quid: Veni-
te ⁊ audite oēs qui timetis dñm. Si dñm
n̄ timetis: n̄ narrabo. Nō est quibus nar-
retur: vbi dei timor n̄ est. Bei timor ape-
nit aures: vñſit qd intret: ⁊ qua intret: qd
narraturus sum. Sed qd est narraturus:
Quāta fecit anime mee. Ecce nar-
re vult. Sed quid est narraturus: An for-
te quantū patet terra: quātū distendatur
celū: ⁊ quot sint sidera: ⁊ que sint vices so-
lis ⁊ lune. Ista creatura pagit ordinē suuz
qui multū eā curiose quesierūt: eius crea-
torē ignorauerūt. Illud audite: illud acci-
pite: o qui timetis dñm: quāta fecit anime
mee. Si vult ⁊ vestra est. Quāta fecit aie
mee. Ad ipsum ore meo clamauit:
Ethoc ipm factū dicit aie sue: vt ad ipsiuz
ore suo clamaret: factū esse dic anime sue:
Ecce fratres gētes eramus: ⁊ si non in no-
bis: in parētibus nostris. Et qd dic Apls:
Scitis quādo gētes eratis: ad simulachra
sine voce quodāmodo ascēdebatis indu-
cti: Bicat nūc ecclia quanta fecit aie mee:
ad ipm ore meo clamauit. Homo ad lapi-
dem clamabā: ad lignū surdū clamabā: si
mulachris multis loquebar: iaz imago dei
cōuersa est ad creatorē suū. Qui dicebam
ligno: pater meus es tu. ⁊ lapidi: tu me ge-
nuisti: mō dico pater nōster qui es in celis.
Ad ipm ore meo clamauit: Ore meo lá n̄
ore alieno. Nū clamabā ad lapides in va-
na conuersatione paternē traditionis: ore
alieno clamabam: quando clamaui ad to-
minum: quod ipse donauuit: quod ipse in-
spirauit: ad ipm ore meo clamauit. Et ex
altaui sub lingua mea. Quid est clama-
mai ore meo: ⁊ exaltaui sub lingua mea:
Ipsum publice pdicauit: ipm in secreto cō-
fessus sum. Parū est deū exaltare lingua:
sed ⁊ sub lingua. Quod certus loqueris: b

Ella ita.
⁊ exaltauit.

Psalms

tacitus cogites. Ad ipm ore meo clamaui et exaltaui sub lingua mea. Vide q̄ vult in secreto esse integer q̄ offert holocausta me dullata. Hoc agite fratres: hoc imitamini: ut dicatis. Venite audite quāta fecit anima mee. Quid enim que enarrat ipsius gratia sunt in aia nostra. Vide alia que dicat.

Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiens dñs. Considerate mō frēs: q̄ facile: q̄ quotidie hoies erubescentes hominū iniquitates accusat: male fecit: p̄dite fecit: sceleratus hō ē: hoc forte ppter hoies dicit. Vide si non in corde tuo consipic iniquitatē: ne forte q̄ repēdis in altero cogites facere: et iō in illū clamēs: nō qr̄ fecit: sed qr̄ inuēt̄ est. Redi ad te: intus esto tibi iudex. Ecce in cubiculo tuo abscondito: i ipsa vena itima cordis tui vbi tu solus es: et ille qui videt illic: tibi dispiceat iniquitas: vt placeas deo. Noli illum respicere: id noli illā diligere: sed potius despice: id est contemne et auertere ab ea. Quicquid letū p̄misericordia: quicquid triste minatu fuerit: vt impellat ad malefaciendū: totū nihil ē: totum transit: despici dignū est vt calcef: nō cōspici vt acceptef. Suggestit enim aliquādo per cogitationes vel verba colloquiū malor̄: Corrumpt̄ enim mores bonos colloquia mala: tu noli ea respicere. Sed parū est in vultu: parū est in lingua: in corde noli respicere: id est noli diligē: noli acceptare. Nā respectū p̄ dilectione ponī q̄tidianū est: primo quia de deo dicim⁹: respexit me. Quid est respexit me? Ante enim te nō videbat: Aut rursum attendebat: et p̄ibus tuis cōmonitus est: vt in te oculos mitteret. Videbat te et aī: sed respexit me dicas dilexit me. Et homini qui te videt: et rogas eū dicas: vt miserear tui: respice me. Vide te: et dicas respice me. Quid ē respice: Bilige attēde: miserere mei. Ergo non ideo dixit iniquitatē si aspexi i corde meo: qr̄ oīo nulla iniquitas suggestif cordi humano: Ibi suggestit: non cesset suggestio: s̄ fieri respectio. Si enim conspicis iniquitatem: retro aspicias: et incurris sentētiā dñi dicēt̄ i euāgelio: Nemo ponēs manū super aratrū: et respiciēs retro apt⁹ est regno dei. Quid ergo debeo facē? Quod aut Ap̄ls: que retro oblitus in ea que ante sūt exten-
tus. Retro enim nostra omnia q̄ trāsierunt: iniqua sunt. Nemo ex bono venit ad chri-
stum: omnes peccauerūt: vt credēdo iustifi-

LXVI

cent. Perfecta iusticia nō erit: nisi i illa vi-
ta: tū ad pfectum et mores boni ab ipo in-
spirant̄: ab ipso donant̄: Noli ergo tua me-
rita cōputare: noli et si suggestit iniquitas:
noli p̄sentire. Quid enim ait: Iniquitatez si
conspexi in corde meo: non exaudiens dñs.

Alia līa.
t nō habet.

Propterea exaudiens me deus:
Quia iniquitatē nō cōspexi in corde meo.
Et intendit voci orationis mee.
Benedict⁹ deus me⁹: qui non amouit de-
pēcationē meā et misericordiā suā a me. Te
net sensu⁹ ab eo loco vbi ait: venite audite
narrabo vobis oēs qui timetis dñm quan-
ta fecit anime mee: et dicit que anditist ad
finē ita cōclusit. Benedict⁹ de⁹ me⁹
us qui non amouit depeēcationem
meā et misericordiā suā a me. Sic
enim puenit ad resurrectionē iste qui loq̄
vbi iam et nos spe sum⁹: imo et nos sumus:
et nostra vox ista est. Ōrdiū ergo h̄ sumus
hoc rogamus deū: vt non a nobis amoue
at depeēcationē nostrā: et misericordiā suā:
id est vt p̄seueranter orem⁹: et p̄seueranter
miserear̄. Multū enim langūscunt in oran-
do: et in nouitate sue conuersiois feruen-
ter orant: postea languide: postea frigide:
postea negligenter quasi securi sunt. Eli-
gilat hostis: dormis tu. Ipse dñs p̄cepit i
euāgelio: qr̄ optet semp̄ orare et nō deficē.
Et dat similitudinē de illo iniquo iudice q̄
nec deū timebat: nec hominē reuerebat:
quē iterpellabat illa vidua quotidie vt au-
daret eā: et cessit tedium: qui nō flectebatur
misericordia: et ait sibi iudex nequā: Si nec
deū timeo nec hoies reuereor vel ppter te
diū q̄d mihi quotidie facit hecvidua: au-
diām causam eius et vndicabo eā. Et ait
dñs. Si iudex hoc nequā fecit: pat̄ vester
nō vindicabit electos suos qui ad eū cla-
mant die et nocte. Ita dico vob̄ faciet iudi-
ciū eōz cito. Ergo nō deficiam⁹ in oratio-
ne. Ille q̄d p̄cessur̄ ē: et si differt: nō aufert.
Securi d̄ pollicitatione ip̄l⁹ nō deficiam⁹
in orādo: et h̄ ex bñficio ip̄ius est. Propte-
rea dixit: Bñdicit⁹ de⁹ me⁹: q̄ non amouit
depeēcationē meā: et misericordiā suā a me.
Lū vider̄ nō a te amota depeēcationē tuā:
secur⁹ esto: qr̄ non ē a te amota misericor-
dia eius.

Alia līa.
t nō habet.
Alia līa.
t orationē.

Explicit Tractatus de ps. LXV
Incipit Tractatus de ps. LXVI

Prefatio.

MEminit caritas vestra in duobus
psalmis qui iā tractati sunt exhor-